



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

13 Iubilaei annus fuit reductus ad annum quinquagesimum à Clemente
Sexto, & ad vigesimumquintum à Paulo Secundo

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

quapropter annus Jubilæi fait semper in Ecclesia celeberrimus, & antiquissimus.

Nam Bonifacius VIII. anno 1300. antiquorum fida relatione motus, quod accedentibus ad honorabilem Basilicam Principis Apostolorum de Urbe cōcessæ erant magnæ remissiones, & indulgentiæ peccatorum, dictas remissiones, & indulgentias omnes, & singulas ratas, & gratas habens, ipsas auctoritate Apostolica confirmavit, approbavit, & etiam innovavit, & ut beatissimi Petrus, & Paulus Apostoli eò amplius honorarentur, quo ipsorum basilicæ de Urbe majore devotione essent à fidelibus frequentatæ, de fratrum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis, omnibus eod. anno 1300 à festo Nativitatis Iesu Christi, & in quolibet anno centesimo sequenturo ad basilicas ipsas accedentibus reverenter verè pœnitentibus, & confessis, vel qui verè pœnitentes confiterentur, ¹²† in eodem, & quolibet centesimo sequenturo anno, non solum plenam, & largiorem, imò plenissimam omnium suorum concessit veniam peccatorum, ut habetur in dicta extravag. 1. de pœnit. & remiss. & ante illam Honorius III. de illis statuit, ut in cap. nostro, ex eodem tit. & longè ante Gregorius, qui stationes ad indulgentias querendas Romæ statuit circa annum 619. secundum S. Thom. in 4. dist. 20. q. 1. art. 3.

Illam verò Jubilæi indulgentiam centesimo quoque anno ante Bonif. VIII. semper concedi solita fuerat, ut post alios, quos refert, testatur Navar. d. com. not. 7. n. 3. & 4. Clemens verò VI. idem Jubilæum, quod centesimo quolibet anno concedebatur, ¹³† ad annum quinquagesimum, qui primò fuit annus 1350. reduxit, ut in extravag.

unigenitus, eod. tit. de pœnit. & remiss. & tandem à Paulo II. reductum est ut quolibet vigesimoquinto anno celebraretur, ut in extravag. Quemadmodum, eod. tit. Qui insuper omnes, & singulas plenarias indulgentias, etiam ad instar Jubilæi cum quibuscunque facultatibus, & potestatibus à prædecessoribus datas ad suum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum suspendit, ut in d. extravag. quemadmodum, S. nos, qui universonum.

¹⁴ Gregorius autem XIII. multorum Romanorum Pontificum morem sequendo, de Apostolicæ potestatis plenitudine, ad suum, & dictæ Sedis Apostolicæ beneplacitum, omnes, & quascunque indulgentias plenarias, etiam ad instar Jubilæi, & earum causa, facultates, concessionem, & indulta quæcunque ab ipso, & dicta Sede, ejusque auctoritate, quibuscunque ecclesiis, & monasteriis utriusque sexus, ac conventibus, domibus, congregationibus, hospitalibus, & piis locis, nec non Ordinibus etiã Mendicantium, ac Militiarum, nec non universitatibus, & confraternitatibus, earumque, & aliis cujuscunque dignitatis, gradus, & conditionis, personis ecclesiasticis, & secularibus per universum orbem constitutis, etiam per modum communicationis, & unionis, & alias quomodocunque perpetuò, vel ad tempus, quibusvis modis, & ex quibusvis causis concessas, & concessas, quibuscunque illa sint concepta formulis, ac restitutionibus, revocationibus, mentis attestationibus, aliisque clausulis, & decretis cõmuniter, etiam suspendit, decernens interim, illa nulli prorsus suffragari debere. Nec non irritum, &c. Indulgentiis basilicarum, & aliarum ecclesiarum Urbis nihilominus in suo robore duraturis, interdicens, ne ullæ aliæ indul-